



Scientia Sanctorum

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan. Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In Dominicis, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

Puente, Luis de la

Dilingæ, 1685

De S. Andrea.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60588](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60588)



PROPRIMUM
SANCTORUM,

DE S. ANDREA.

PUNCTUM PRIMUM.

30. Nov.

Sanctus Andreas, quem ab æterno elegit Deus, ut primus esset discipulus & Apostolus Christi, ejus socius in opprobrio crucis, assessor à Christo in die judicii, cohæres in gloriâ, ut esset Evangelii tuba, columna & fundamentum Ecclesiæ, natus est in Judæâ, instructus à Joanne Baptista. Tum à Christo primus omnium Apostolorum vocatus & assumptus est in ministerium fidei, in laborum suorum, in crucis & gloriæ societatem. Expende vocationis hujus & tuæ gratiam: & quanti sit ad gratiam, & perfectionem consequendam bonos sive magistros & directores, sive socios conquirere.

PUNCTUM II.

Hujus vocationis gratiæ respondit sanctus Andreas. 1. Enim sine exultatione & morâ Continuo relictis rebus secutus est Iesum. 2. Petrum fratrem adduxit in cognitionem Christi. 3. Multa fecit & passus est pro nomine Iesu. 4. Ardentissimè Iesum amavit, & à Iesu multum

Gg 4

amatus

79

fi-

fi

liis

lu-

his

o-

lle

hec

go

es,

ni-

est Luc. 6:

a- 33.

m,

ri-

&

in-

tus

it:

em

efa

co-

O

lo- Iac. 5: 11

na-

ri-

cti

es,

æ-

amatus est. Unde Ecclesia de illo: *Dilexit Dominus Andream in odorem suavitatis*. Idque propter triplicem illius zelum. 1. Est, quem habuit suæ perfectionis, cum ad scholam Ioannis Baptistæ, deinde ad scholam Christi accessit. 2. Est zelus animarum, quo ductus Scythiam, Thraciam, Achaiam, & tot barbaras nationes peragravit. 3. Est, quem habuit magistrum Christum perfectè imitandum in vitam in morte, morte autem crucis, quam cum paratam videret sibi, ejus in amplexus involans, *O bona crux, inquebat, diu desiderata, &c.*

Vide quo affectu ad eam accedat. Audi illum ex ea concionantem, ex qua tunc tanquam ex cathedra plusquam viginti millia docebat hominum, & desiderio salutis accendebat.

Quantum distas ab his virtutibus! Quàm se-gniter vocationi tuæ respondes!

PUNCTUM III.

Remu-
neratur.
1.
In hac
vita.
2.
In altera

Laborum suorum, suæque virtutis ingentem mercedem recepit, tum in hac vita, tum in alterâ. 1. In hac vita, ubi tot gratis, totque inter labores suos spiritualibus deliciis perfusus est, ubi virtutem miraculorum accepit, infinitarumque propè animarum conversionem, & mortem denique crucis obtinuit. 2. In altera vita, ubi nunc eminentem Apostoli gloriam possidet, lauream martyris, assessorisque cum Christo in gloriâ & in futuro die iudicii sedem & potestatem. O quanta qualisque merces! Gratu-

Gratulare Sancto, & imitare virtutes, si gloriam velis assequi,

DE S. FRANCISCO XAVERIO. 3. Dec.

PUNCTUM PRIMUM.

1. CUM Deus S. F. Xaverium in Apostolum Indiarum elegisset, singularibus illum gratiae naturaeque dotibus ad tantum opus ornavit. 2. S. Ignatij condiscipulum & contubernalem fecit, quem cum salutaria monentem primum minus audiret, ejus deinde adhortationibus & exemplis ad tantum Dei amorem, sui mundique odium & contemptum inflammatus est, ut se ei socium adjunxerit, ad sequenda consilia Evangelica, & Societatem condendam quae tota saluti animarum vacaret. 3. Suffectus est in alterius aegrotantis locum, qui ad iter Indicum destinabatur. Mirare, & lauda divinam providentiam, quae sic omnia fortiter & suaviter disponit, ut semper ad propositum finem perveniat. Spera si totum tibi commiseris, perficienda omnia ad quae te destinavit: quare ei gubernandum te penitus trade.

PUNCTUM II.

Dignum se tanta vocatione Xaverius efficit. 1. Puritate mentis & corporis tanta, ut etiam in somnis impuras ab se cogitationes repellat. Gg s

79
fi-
fi
iis
u-
his
o-
Me
ec
go
es;
n-
est Luc. 6:
æ- 33.
n;
ti-
&

n- Quam
us potens &
t: Christo:
em
fa
o-
O
lo- Iac. 5: 11
n-
u-
eti
es;
e-